

6713 Vercellis rep. cum deiecta est ecclesia S. Mariae maioris RANZA, DE LEVIS. Hodie apud marchionem Gattinaram.

VIBIAE
EVTYCHIAE
VIBIA · EPICTESIS
MATRI · OPTIMAE
5 T · F · I

Descripisi. Ed. Ranza apud Pellicciam 3 (1780), 171 (inde Gazzera in actis Taur. 33, 207) et a. 1785 in adnotatione ad editionem psalmorum Italice versorum a Matteo vol. 2 p. 9; de Levis *racc. d'iscr.* 2 (1784), 64, cui misit advocatus Patria a. 1782.

6714 Vercellis effossa in substructionibus aedium earum, quae fuerunt Ranzae, sunt comitis Alciati, ibique collocata in hortorum pariete RANZA. Adhuc ibidem BRUZZA.

///RRI
////////////////////
////////////////////
CVM · QVA · VIXISSEM · MELIVS
5 NISI · FATA · VOCASSENT
SED · PRAESCRIPTA · DIES · VNAM
NON · DISTVLIT · HORAM
CORPVS · QVOD · VIXIT · FACIA · EST
VINDI · LEVIS · VMBRA
10 HIC · SIMILI · CASV · QVI · PENDES
COMMODA · VISVS
ET · LACRIMAS · TITVLO · NOLI
MORITVRE · NEGARE

Ranza ad Pellicciam 3, 142; Bruzza Verc. p. 100 n. 53.

1 om. Ranza. — 4 CVM INTVS, 5 . . NISI · FATA . . . NISSENT, 6 PRAISCRIPTA, 9 VINDI in hiatu om., 10. 11 QVI ||PENDIS · COMMODA, 12 TV · MVLO Ranza. — Non recte Bruzza mulierem credit appellari *Faciam Vindi*, cum sit *facta est . . . levis umbra*; in VINDI quid lateat, non assequor.

6715 arca. Vercellis in ecclesia S. Eusebii rep. 12 Mai 1703.

. . . VRTIVS
.
.. VIRTVS . . .
.
5 VIR
.

Rossi *mem. di S. Eusebii* p. 10 (inde Bruzza p. 156).

6716 Vercellis ex aede S. Mariae Maioris venit ad Ranzam, inde in curiam APRATI.

equi
pars
PRO

Descripisi. Aprati 1842; Bruzza p. 154. Non est aetatis christianae.

6717 litteris magnis. Vercellis apud Gattinaram.

(I)

Descripisi.

6718 Vercellis in curia.

coro- AROLL
na POSV

Descripisi.

Hodie cernitur ARON, sed videtur fuisse AROLL.

6722 Vercellis in ecclesia cathedrali 'descripsi superius notatos (versus) super capsam beati Honorati' COD. VERCELL. 'Iacet proxime ostium ecclesiae' MONTFAUCON.

TERTIVS HANC VRBIS SEDEM TENVIT HONORATVS
ANTISTES CVIVS SPIRITVS ASTRA TENET
EVSEBIVS PRAESVL PRIMVS QVI MARTYR ALVMPNVS
CAELORVM POSTQVAM REGNA BEATA PETIT
5 HIC PATER ECCLESIAM DOCVIT HANC DOGMATE RECTO
SERMONIBVS COMPLENS ACTIBVS IPSE SVOS
TERRIS AC CAELO CONIVNCTVS VBIQVE MAGISTRO
EVSEBIO CONSORS HIC HONORATVS ADEST

PONTIFICIS SANCTI CINERES TENET HAEC HONORATI
10 ARCA HOMINIS VILIS QVAE MANET INGENIO
HVNC SANCTVM DOCVIT NVTRIVIT PASTOR ALVMNVS
EGREGIVS MARTYR PRAESVL ET EVSEBIVS
EXILII POENAS ET CARCERIS ISTE SVBIVIT
DISCIPVLVS CARVS ET SOCIVS PARITER
15 AMBO FIDE DIGNI MERITIS ET NOMINE PATRES
CVM CHRISTO IVNCTI PRAEMIA SVMMA TENENT

Refert utramque codex membranaceus bibl. capit. Vercellensis 203—LIII ad calcem necrologii inter epitaphia complura episcoporum et canonicorum Vercellensium, quae descripta misit canonicus Ioannes Barberis vir et doctrina et comitate insignis. Eorum epitaphiorum cum duo annos adscriptos habeant 1268 et 1343, non recte Ranza 'codex ipse', inquit, 'scriptus est saec. XII, hoc autem folium longe antiquius est'. Pendent inde I. F. Ranzo ms. apogr. f. 34; Ferrerius vita S. Eusebii 1602 p. 109 (ab ed. a. 1609 abest); Cusano *vescovi* p. 12. 59 omnino ex Ferrerio; Ughelli 4 (1652), 1049; Ranza ad Pellicciam 3, 151; Gazzera act. Taur. ser. 2 vol. 11 p. 223. Priorem ex ipso lapide ed. Montfaucon *diar. Ital.* (1702) p. 445 (inde Mur. 1886, 3). A prioribus Bruzza Verc. p. 303 n. 130.

Duo sunt epigrammata perscripta opinor alterum in altera arcae facie; codex incipit ab eo quod mihi secundum est. 1 TERCIVS cod. — 3 PRESVL cod. — MARTIR ALVMNVS cod. — 4 CELORVM cod. — 5 ECCLEXIAM cod. — RECTO cod., CERTO Montf. — 7 CELO cod. — CONIVNCTVS cod., CONSPICVVS Montf. — 8 CONSORS Montf., COMES cod. — 9 HAEC om. cod. — 10 ARCHA cod. — QVE cod. — 12 MARTIR PRESVL cod. — 13 PENAS cod. — 'ET DEEST' Ranza, habent reliqui, etiam Barberis. — 15 PATRES cod. testibus Barb. Ranza, FRATRES reliqui. — Mihi titulus nequaquam videtur eius aetatis, ut ad hanc syllogem pertineat; nihilominus tutius visum est non eicere. Etiam recentioris aetatis est epigramma in codice praecedens, cuius principium periit folio avulso:

Postquam trina fides lustravit crismate gentes
cunctis presulibus praestitit Eusebius.
Gaude Vercellis tribus his prefulgida stellis,
qui te rexerunt, post hic in pace quiescunt.

6719 Vercellis rep. in fundamentis domus Zubienae.

(Cc · Xc)

Bruzza p. 155.

6720 Vercellis rep. nello scavo della Piazza Maggiore.

(NII
CI)

Bruzza p. 154.

6721 Vercellis rep. nello scavo della Piazza Maggiore.

(CIL)

Bruzza p. 154.